

Thomas Lindemann

Rector Academiae Rostochiensis Thomas Lindeman D. & Professor, Omnes Reipubl. litterariae cives, Ad Legum Solemnem promulgationem, Cras hora IX. iterandam, officiose invitat, Simul & studiosis contra leges Academiae duellando confligentibus, Poenam, ex Decreta Reverendi concilii denunciat : [P. P. Rostochii sub sigillo Rectoris 23. Martii Anno M. DC. XX.]

Rostochi[i]: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734586469>

Druck Freier  Zugang



Th. Lindemann.

R. U. 3 Progr. 1620.

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
THOMAS LINDEMAN
D. & Professor,

Omnes Reipubl. litteraria cives,

AD LEGUM
SOLEMNEM
promulgationem,

Cras hora IX. iterandam, officiosè invitatur,

Simul & studiosis contra leges Academiæ
duellando configentibus,

*Panam, ex Decreta Reverendi concilij,
denunciat.*



ROSTOCHI

Typis exscriptis JOACHIMUS PEDANUS,
ANNO M. DC. XX.



Olon & Lycurgus ob eximias animi dotes, partim innatas, partim reliquis Philosophia Chaldaica suffotas, partim industria propria excultas ab Atheniensibus & Spartanis ad Reip. clavos evecti, optimam eosdem dirigendi cynosuram, imò animam & vitam, legem esse intellegendes, id imprimis operam dederunt, ut legum certarum nervus regimen sibi commissum constringerent, arcemq; politicam, juri praesidio munirent. Licet autem scopus utriq; Nomotheta propositus, unus idemq; fuerit, tēpō tamen uq; odōv seu modum ac viam ad eandem contendendi, vel eum pertingendi diversam utriq; fuisse, cum Plutarchus, tum & Justinianus noster sacratissimus, litteris proditum reliquerunt: dum referunt, Solonem leges à se conditas scripto comprehensas publicè promulgasse; Lycurgum verò scripturam in Nomothesia supervacuam duxisse, paucas earundem, quas Rhetras appellabat, talisse, tam breves & concinnas, ut memoria insigi possent. Respublica praedicta à Nomothetis earundem sub legum imperio exteriori quidem diverso, at effectu uno eodemq; gubernata, potentiâ in tantum excreverunt, ut primum honesta, deinceps nonnunquam funesta emulatione inter se concertarent, & centenderent, imò Gracia ipsa duabus istis civitatibus superbiret, usq; duobus veluti oculis tantum cernere, diceretur. Diversi hujusce regiminis quin viri isti eminentissimi rationes graves, & ponderosas habuerint, dubitandum non est: earum verò nonnulla à Plutarcho & Tullio indigentantur, nonnulla conjectationi solerti, ac prudenti divinationi committuntur. Utramq; Remp. Cicero pro Flacco commendat his verbis: ab Atheniensibus inquit, humanitas, doctrina,

Reli-

Religio, fruges, jura, leges ortæ, atq; in omnes terras distri-
bute putantur: Lacedæmoniorum virtus spectata, & nobili-
tata, non solum natura corroborata, veram etiam disciplinam
existimatur, qui soli toto orbe terrarum, septingentos annos &
amplius unis moribus & nunquam mutatis legibus, vivunt.
Athenienses legum optimarum penam insolescentes, Spartanos
tamen paucis suis Rhetris ad eandem excrescere opulentiam
& potentiam cernentes, mirati disparitatem mediocrum incla-
rescendi, virum ex ordine senatorio vel maxime eorum & pru-
dentem Lacedæmonem ablegasse memorantur, perquisitum,
quid causa esset, quod in legum tanta paucitate, Resp. illa
nihilominus Atheniensis felicitatis coæqua imò æmula, existe-
ret. Hicce legatus, Spartanorum Rhetras & gubernandi ra-
tionem postquam accuratius dispexisset, domum reversus re-
ferre de visis & exploratis jussus, funes, gladios, secures, a-
liarq; exquisitissima tormentorum genera, in curiam secum at-
tulit, earq; publicè senatui exhibens, in hæc verba prorupit:
Hæ sunt leges Lucedæmonum: quo Laconico orationis genere,
legum vim & energiam non in scriptura vel tabulis, sed ea-
rundem observantia & executione consistere, demonstrare
voluit. Spartanorum mores Plato, Athenis licet degeret,
tamen comprobasse videtur, dum ait: Magistratus si officio suo
fungatur, legum multitudo supervacua, si in officio deses sit,
noxia & perniciosa est. Predicta hæc legum sciendarum
diversitas, non dispares tantum in Græciæ civitatibus pepe-
rit Rerump. formas, sed & in philosophorum Scholis pugnan-
tes profeminavit hæses. Epicurei namq; jus totum ex moribus,
solo Judicium arbitrio, hominumq; opinione dependere, & ideo
nec promulgandum, nec æri tabulisq; mandandum: Stoici con-
trà, jus ex principijs divinitus menti humanæ inditis ortum,
immutis rationibus suffultum, legibus certis comprehendendum
& publicè promulgandum esse statuebant. Utraq; hæc secta

exilibus inityis cepta, defensores nata est acerrimos. Protagoras Epicureis accedens, jus in hominum magis opinione consistere, quam legum certis vinculis constringi posse arbitratur; Eandem haresin Aristochius & Pyrrho Eleensis sectati, nec ab ea ipse Plato alienus fuisse videtur, qui lib. I. de Rep. ait, vix est homo legem certam sancire ut valeat, quin ea casibus emergentibus mutetur & variet. Thrasymachus porro aulas principum hac opinionis lue infecit, dum plenitudinis potestatis Idolum primum adstruens, id aequum & justum tantum dixit quod principi placuisset. Idem dogma Justinianus noster, placitis Principum legis vigorem tribuens, approbat. Principum verò ut ingenia ita & eorundem placita diversa, contraria, jus vel legem certam constituere nequeunt. Unde & Opius Macrinus rescripta principum satius esse omnia aboleri, quam omnia pro legibus venditari statuit, & Cynus Jctus in l. inhumanum C. de legibus, uno principis placito omnes Solonis, Draconis, Pompilij, leges, omnesq; Jctorum traditiones una hora tolli posse ait. Quid itaq; prodest leges tam varias, instabiles, crebris mutationibus obnoxias, ari incidi, tabulis inscribi, pralo committi, viva voce promulgari? Et certe non immerito quis in legibus scribendis animum despondeat, cum quot sub sole provincias, & Reges ac Principes, tot leges diversas, imò contrarias quisq; facile deprehendat. Ab Atheniensibus fures rei minima imò stercoris bubuli gravissime punitos: à Spartanis fures velut ingeniosos & callidos premijs affectos legimus. Ethiopibus, Tyrrhenis, & in primitiva Ecclesia Nicolaitis, & nostro seculo Adamitis & Anabaptistis, adulteria & supralicita fuisse, statutis vicinarum civitatum leviori tantum mulcta coerceri solere, cum ex historiarum monumentis, tum statutis editis publice constat. Indi, Baetriani, Troglodita, Hyperborei, Cassij, parentes decrepitos sanibus sepulchralibus obijcere, vel in maris abyssum precipitare.

tare laudabile ducebant. *Aegyptij* contra parricidas spinarã
 aculeis impositos, *Romani* culeo insutos, exquisitissimis suppli-
 cijs enecabant. *Solon* Neutrales quos nos vulgo appellamus,
 extorres esse jubebat: ast eos hac atas prudentibus accenset.
 Verum diversarum gentium mores juris certitudini nihil de-
 traherent, modo jus Romanum quod profiteamur, certis legibus
 comprehensum, certa methodo compilatum, perpetuum esse glo-
 riarı liceret. Antem juris certã suo tempore extitisse *Gellius* re-
 fert, *Tullius* eã contexere sibi haud difficile fore lib. 1. de oratore,
 jacẽtat. Ast liber talis haectenus nemini visus est. *Justinianus*
 etsi absolutissimã juris scientiã arte certa comprehendere iẽta-
 rit, tamen partim prolixitate, partim crebriori mutatione &
 interpolatione, relictis antinomiarum vepribus, indigestam &
 rudem juris molem nobis reliquit: quod tamen jus exornari,
 & in ordinem redigi haud difficulter posset, nisi interpretum
 commentis & opinionibus diversissimis, imò contrarijs obscura-
 retur. Eò enim post *Justiniani* tempora, proh dolor, res deve-
 nit, ut non tam quid legibus scitum, quàm quid communibus
 interpretum suffragijs receptum sit, in *Judicijs* attendatur.
 Unde legi opinionem velut pellicem esse substitutam, cum qua
 fornicantes spurios *Juris* fœtus excludere, & familiam *Juridi-*
cam turpissimè fœdare *Cti cordati* deplorant, & de remedijs
 tam exitioso serpenti malo applicandis laborant. Non desunt
 etiam nostro seculo *Thrasymachi* & *Machiavelli*, qui ob innu-
 merabiles legum chiliadas, & inde promanantem *Juris* perplexi-
 tatem & difficultatẽ, *Pandectas*, *Codicem*, una cum toto purpu-
 ratorum ordine ex aulis & *Rebusf.* expellendum; *Rethras*
Spartanorum, *Regulas Druidum* (quibus forsan *Danorum* &
 reliqui *Arctoi* orbis nomothesiã quis non inscitè comparet) in-
 usum revocandas esse, suadent. Ab hujusmodi iniquis censuris
 nec *Resp. Academica* secura est, cum reperiantur nonnulli qui
 CA. 2. legum.

legum imperium libertati Academica adversum, & noxium
esse opinantur, studiosos velut generosos effrantes equos popi-
sims magis, quam rudioribus repagulis regendos, suavibus affa-
tibus, quam durioribus fascibus flectendos, coercendos esse, de-
clamitent. Verum pandecta sacra & historia prophana non
tantum docent, sed & ratio ipsa dicit, politica nullam sine
legibus consistere posse: earum vero principium, ex jure, divinis
digitis scripto, caelesti gratia mentibus & cordibus humanis in-
sculpto promanasse. Idq; jus, licet in individuo nonnunquam va-
riet, ratione tamen primæva, uti & effectu inspecto, perpetuum,
stabile & quibusvis Euclideanis demonstrationibus certius est.
Romani ut rebus præclare gestis, ita & legum scitis, alijs gen-
tibus antecelluerunt. Hi verò postquam Regibus exactis, legi-
bus scriptis, exoletis, per viginti annos Spartanorum exemplo
moribus solis & disciplina vixissent, eamq; Reip. regenda ra-
tionem difficiliorem experirentur, Sæto de legibus à Græcia
civitatibus mutuandis lato, S. Posthumium, Aulum Manlium,
& Servium Sulpitium Athenas, Spartam aliasq; Græciæ provin-
cias perlustratum, leges Solonis, Draconis, Lycurgi aliorumq;
perquisitum ablegarunt. Hi ablegati legum bonarum thesau-
ris onusti, Romam reversi, Decem tabulis à Decemvirali ma-
gistratu in ordinem redactis, duabusq; deinde adjectis, ebori in-
cisis pro rostris publicandis occasionem præbuerunt. Decem-
viri prædicti, quoad legum paucitatem Lycurgi, quoad pro-
mulgationis & rogationis solemnitatem, Solonis institutum pro-
barunt, & duodecim tabulas tanta dexteritate & felicitate
concinnavunt, ut istas Cicero omnibus omnium Philosophorum
Bibliothecis præferre non dubitavit. Ex hisce 12. tabularum
fontibus, jus scriptum, quo utimur, proflexit. Christiani dein-
ceps Imperatores tabulas hæc duodecim ad normam duarum
tabularum Mosaicarum revocarunt, & jure inde deprompto,
imperia, regna & Resp. feliciter gubernarunt. Nostra
quoq;

quoq; politica Academica à prima ejusdem fundatione certis & quidem ad præscriptum decalogi efformatis legibus usæ est, easq; non tantum quotannis bis solemniter Solonis more promulgat, sed & studiosis omnibus initiatis & albo inscriptis jurisjurandi præstiti religione, earum observantiam sedulo, non secus ac Lycurgus Spartanis Rhetrarum cultum, inculcat. Cui verò hoc tempore fasces Academici, earumq; rectrices LEGES mea cura commissa sint, id inprimis mihi præcavendum video, ne quod Anaxandridem Atheniensibus quondam objecisse Aristoteles refert, eos bonas leges ferre, sed eas non exequi, Academia nostra jure exprobari queat: quam reprehensionem ut devitem, & cives Academicos intra officij limites contineam, ijsq; omnem prætextum ignorantia legum adimam, constitui, Cras hora 9. Leges, à majoribus nostris gravi consilio conscriptas, publicitus edicere. Ad cujus actus solemnitatem, ut studiosi non tantum, sed & Professores, Doctores, Magistri, verbi divini Ministri, omnesq; adeo Reip. Academica cives frequentes confluant, & honorem ac observantiam matri Academia ejusdemq; statutis & legibus debitam, quam ore profitentur & pollicentur, & ad quam jurisjurandi religione obstringuntur, re & facto contestentur, officiose rogo, paterne moneo & obtestor.

Significare quoq; hoc publico programme jussus sum, deprehendisse Reverendum Concilium studiosos vix Minervalibus sacris initiatos, subito ad Mavortis castra transfugere, salutis propria prodigos, alienæ hostes, in vicem ad duellum se provocare & cyclopica prorsus ferocia non secus configere, ac se ad Academiam hancce sanguinem humanum Plutoni infernali hostitum vel maceratum ablegati essent. Huic malo majores nostri mederi summa ope annitentes, legem hanc sequentibus verbis conceptam tulerunt & quotannis bis promulgarunt. Poenam relegationis denunciamus petulantibus & begov-
deis, grassatoribus, qui ex provocatione privata intra
vel

vel extra moenia configunt, & qui alios provocant vel
domo evocant, & qui provocari configunt cum
provocantibus. Quid enim interest inter provocatum
& Provocantem, nisi quod ille prior, hic posterior in ma-
lificio deprehenditur, &c. Hac lex licet juri divino &
humano ipsiq; honestati consona, & gravi pœna communita-
sit, tamen cum vindictæ legalis hæcenus nonnunquam in-
termittitur rigor, illecebram peccandi audaciorum progenuerit,
imò furor lenitate in contumaciam intollerandam exarserit,
& nonnulli eo pervicacia devenerint, ut ignorantiam
sanctionis præmissæ prætereundæ non erubuerint. Ideò Re-
verendum Concilium legem hanc denuò renovandam duxit,
Et publico hoc edicto denunciat, posthac in prædictam A-
cademicam legem protervè delinquentes ipso facto relegatio-
nis pœnam incursum, eamq; coërcitionem omnes quocunq;
modo ex proposito, duellando configentes experturos.
Quod publico hoc edicto ne quis ignorantia juris postmo-
dum se excusare valeat, significo, studiosos omnes & sin-
gulos qui Phæbo non Marti litatum huc venerunt moneo, ut
palæstras istas periculosas defugiant, in arenam potius Acade-
micam descendant, armis Theologicis, Juridicis, Medicis &
Philosophicis concertent, & pro Religione, Justitia & veri-
tate depugnent, atque ita se veros milites togatos demon-
strent. P. P. Rostochij sub sigillo Rectoris 23. Martij
Anno M. D C. X X.



quoq; politia Academica à prima ejusde
 quidem ad prescriptum decalogi est
 est, easq; non tantum quotannis bis solen
 mulgat, sed & studiosis omnibus initiat
 risjurandi prestiti religione, earum obse
 secus ac Lycurgus Spartanis Rhetrarum
 verò hoc tempore fasces Academici, ear
 mea cura commissæ sint, id inprimis mihi
 ne quod Anaxandridem Atheniensibus
 stoteles refert, eos bonas leges ferre, sed
 mia nostra jure exprobari queat: quam
 vitem, & cives Academicos intra offic
 ijsq; omnem pretextum ignorantia lega
 Cras hora 9. Leges, à majoribus nostris
 ptas, publicitus edicere. Ad cujus acti
 dios non tantum, sed & Professores, Do
 divini Ministri, omnesq; adeo Reip. Aca
 res confluant, & honorem ac observant
 ejusdemq; statutis & legibus debitam,
 & pollicentur, & ad quam jurisjurandi
 re & facto contestentur, officiose rogo, pat
 Significare quoq; hoc publico
 sum, deprehendisse Reverendum Concili
 nervalibus sacris initiatos, subito ad Ma
 gere, salutis propria prodigos, aliena ho
 se provocare & cyclopica prorsus ferocia
 si ad Academiam hancce sanguinem hu
 nali hostitum vel mactatum ablegati ess
 res nostri mederi summa ope annitentes
 bus verbis conceptam tulerunt & quota
 Poenam relegationis denunciamus po
 déris grassatoribus, qui ex provoc

certis &
 ibus usa
 more pro
 scriptis ju
 culo, non
 ulcat. Cū
 s LEGES
 um video,
 cisse Ari
 i, Acade
 em ut de
 tineam,
 constitur
 io conscri
 m, ut stu
 lri, verbi
 frequen
 Academia
 rofidentur
 ingitur,
 obtestor.
 e jussus
 vix Mi
 transfu
 ad duella
 fligere, ac
 oni infer
 alo majo
 sequenti
 ulgarunt.
 gy begov
 ata intra
 vel

